Sed orante pro eo summo pontifice Onia revixit
Et rediens ad dominum flagellatum (ut salvi essent) dixit
Si habet rex aliquis hostem cuius mortem affectat
Illum spoliandum templum in Jerusalem mittat (Iherusalimis)
Helyodrus flagellatus fuit propter templi dei spoliacionem
Judei spoliati fuerunt propter usure palliacionem
Pharisei enim posuerunt in templo collibistas et nummularios
Qui volentibus offerre mutuo dabant denarios
Et quia secundum legem usuras accipere non debebant
Collibia tamen id est munuscula pro usura recipiebant
Ficus uvas nuces poma vocabant collibia
Amigdala pullos anseres columbas et similia
Sicque usuram fraudulenter sub pallio tegebant
Et Hoc verbum domini scriptum in Ezechiele non attendebant
Usuram et omnem superhabundanciam non accipiatis
Ob hoc fratres karissimi verbum hoc diligenti memoria retineatis
Sed proh dolor (vel heu) multi christiani hodie in ecclesia sunt
Qui fraudulenter simile usure palliacionem faciunt
Qui mutuum non dant pure propter dei dilectionem
Sed propter munera vel servicia favorem vel promocionem
Hii peccant graviter verbum illud domini non ponderantes
Mutuum date nichil inde sperantes
Tales dominus de templo suo celesti expellet
Et radicem eorum de terra viventium evellet
Studeamus ergo templum dei etiam divinum cultum venerari
Si non volumus a domino flagello perpetuo flagellari
Relinquamus etiam usuram et omnem speciem usure
Ne expellamur a domino de templo glorie future
O bone Jhesu doce nos hec omnia taliter custodire
Ut mereamur in templo glorie tue eternaliter in throno (?) Amen

Helyodrus wart gegeislot wan er wolte den tempel beraubet han

3 Zů dem dritten mol sol man wissen daz cristus ein geisselen
machte von snüeren do mitte treib er us dem tempel die do
inne kauftent oder verkäufftent und kerte der wechseler tysche umb

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/speculum1436/0082
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg